dis spiritibus: et exeunt. Et diuulgabat fama de illo in omnē locum regionis. ¶ Oratio.
¶ Dñe deus propitius esto mihi peccatori: qui oēs homines vis saluos fieri: et ad imaginē et similitudinē diuinitatis tue nos fecisti: suscipe orationem: quā pono ante conspectū clemētie tue pro famulo tuo. N. quia a demonio vexatus est: ipm ad tuam misericordiam peruenire concede. Per dñm nostrum. ¶ Alia Oratio.
¶ Obsecro te dñe iesu xpe: vt extrahas ōnes languores ab oibus membris huius hominis a capite: a capillis: a cerebro: a fronte: ab oculis: ab auribus: a naribus: ab ore: a lingua: a dentibus: a faucibus: a gutture: a collo: a dorso: a pectore: ab vberibus: a corde: a stomacho: a lateribus: a carne: a sanguine: ab ossibus: a tibijs: a pedibus: a digitis: a planta: a medulla: a neruis: a cute: et ab oī compagine mēbrorum eius Exaudi dñe iesu xpe me miserrimū peccatorē: tibi sit virtus potestas et imperiū in secula seculorū Amen.
¶ Exorziso te immūde spiritus in nomine dei patris omnipotentis ✠ et in nomine iesu xpi filij eius ✠ et in virtute Spiritus sancti ✠ vt recedas ab hoc famulo dei. N. ¶ Ipse tibi imperat male-

dicte diabole: qui siccis pedibus super mare ambulauit: et Petro mergenti dexteram porrexit: qui ceco nato oculos aperuit: et quatriduanum Lazarum a monumento suscitauit. ¶ Erige maledicte diabole: recognosce sententiam tuam: et da honorem deo viuo et vero: da honorē Jesu xpo filio eius et spiritui sancto paraclito: et recede ab hoc famulo dei. N. per hoc signū sancte ✠ crucis quod nos fronti eius damus: tu maledicte diabole nunq̄ audeas violare: neq; in eo presumas amplius stare. Exi foras ab eo Sathana et da locum spūi sancto paraclito. Exi foras spiritus immūde ab hac creatura dei.

¶ Oratio.

¶ Deus angelorum: deus archangelorum: deus apostolorum: deus martyrū: deus confessorum: deus virginum: deus pater domini nostri iesu xpi: inuoco nomen sanctum tuum: ac preclarā maiestatis tue clementiā humiliter posco: vt mihi auxiliū prestare digneris aduersus hunc nequissimū spiritum: vt vbicunq; lateat: audito tuo sancto nomine velociter exeat et recedat. ¶ Ipse tibi imperat maledicte diabole: qui ventis et mari ac tēpestatibus imperauit. ¶ Ipse tibi īperat maledicte diabole:

qui te de supernis celoꝝ in inferiora terre demergi precepit. Ipse tibi imperat maledicte diabole: qui te retrorsuȝ redire pcepit. Audi ergo Sathana ꝛ time: victus ꝛ pstratus recede adiuratus in noie dñi nři iesu xpi. Tu ergo nequissime spirit⁹: inimicus humani generis: mortis raptor: iusticie declinator: maloꝝ radix: fons viciorum: seductor hominū: percussor gentiū: incitator inuidie: causa discordie: origo auaritie: excitator doloꝝ: magister demonum: quid stas ꝛ resistis: cū scis ipm perdere vires tuas. Medax es: ꝛ scis illum qui in isaac est immolatus: i ioseph venundatus imagine occisus est: ꝛ in hoie est crucifixus: deinde sis ab eo separatus. Recede in noie pa ✠ tris ꝛ fi ✠ lij ꝛ spiritus ✠ sancti: ꝛ da locum spiritui sancto per hoc signum sancte ✠ crucis dñi nostri iesu xpi: qui venturus est iudicare viuos ꝛ mortuos ꝛ seculum per ignem Amen.

¶ Officiū sup hijs qui a demonibus vexant̄. In primis dicit̄ Dñs vobiscū. Rx. Et cū spū tuo Initiū scti euāgeli ẜm Joannē. Rx. Glia tibi dñe. In principio erat verbū ꝛc. Aliud euāgelium ẜm Marcū. Dixit iesus ꝛc. Eūtes in mundū vniuersum predicate euāgeliū ꝛc. Postea dicit̄ Pr̄ nr̄

ꝛ Aue maria. Sequitur Oratio.
¶ Dñe sancte pater oīpotens: qui consubstantia lem ꝛ coeternū tibi ante oīa secula filium ineffabi lem genuisti: cū quo atqꝫ cū sancto spiritu ex eo demqꝫ filio ꝓcedētem: celū terrā omnia quecūqꝫ existunt visibilia ꝛ inuisibilia creasti. Hic flectun tur genua dicendo. Te adoro/Te laudo/Te glo rifico/Teqꝫ benedico: esto queso propicius huic miserrimo peccatori: ꝛ ne despicias eū opus ma nuum tuarum: sed salua ꝛ adiuua eū propter no men sanctum tuum. Deinde stando dicit̄ Gloria in excelsis deo ꝛc. ¶ Oratio.
¶ Dñe iesu xp̄e fili dei viui: qui es verus ꝛ oīpo tēs splendor ꝛ imago pr̄is ꝛ vita eterna: cui vna est cū pr̄e sctōqꝫ spū equalis honor eadēqꝫ gloria coeterna maiestas. Hic flectūt̄ genua dicēdo Te adoro Te laudo Teqꝫ glīfico/ne hūc obsecro fa mulū tuū perire patiaris: sed salua ꝛ adiuua eum gr̄a misericordie tue: quē p̄cioso sanguine tuo re dimere dignatus es Amē. Hic dr̄ Credo. Orō.
¶ Dñe sancte pr̄ deus oīpotens: qui cōsubstātia lis coeternus ꝛ coequalis patri filioqꝫ existēs: ꝛ ab eis inenarrabiliter procedēs: ꝛ super eundem dn̄m nostrū iesum xp̄m in columbe specie: ꝛ super

Apostolos in linguis igneis descendisti. Hic flectunt genua dicẽdo. Te adoro Te laudo Te benedico Teq; glorifico: repelle queso ab hoc famulo tuo tenebras totius noctis iniquitatis ꝛ ꝑfidie: accẽde in eo lumen tue misericordie: ꝛ ignẽ suauissimi ꝛ sanctissimi amoris tui. Dñe iesu xp̄e fili gloriosissime semꝑ virginis Marie precor te per sanctã incarnationẽ tuã parce isti per sanctã nativitatem tuã. Dñe iesu xp̄e parce isti per presepium in quo iacuisti. Dñe iesu christe parce isti per baptismũ ꝛ sanctum ieiunium tuum. Domine iesu christe parce isti per sanctam crucẽ ꝛ passionem tuam. Domine iesu christe parce isti per sanctos electos tuos. Domine iesu xp̄e parce isti per spinas corone tue. Dñe iesu xp̄e parce isti ꝑ quinq; plagas tuas. Domine iesu xp̄e parce isti per alaphas ꝛ acetum felle mixtũ. Dñe iesu xp̄e parce isti per sanctũ sanguinẽ ꝛ aquã: qui de tuo latere emanauerunt. Domine iesu xp̄e parce isti ꝑ sanctam resurrectionẽ tuã. Dñe iesu xp̄e parce isti per sanctam ascensionem tuam. Dñe iesu xp̄e parce isti per sanctũ Spiritum paraclitum. Dñe iesu xp̄e parcẽ isti per venturum iudicium tuum. Dñe iesu christe parce isti per maiestatem tuam.

Domine iesu xpe parce isti per gloriã regni tui.
Domine iesu xpe parce isti ꝛ libera eum a pctis suis: ꝛ inimicis suis visibilibus ꝛ inuisibilibus: ꝛ da illi partẽ cũ sanctis tuis in vita eterna Amen.
¶ In nomine pa ✠ tris ꝛ fi ✠ lij ꝛ spiritus ✠ sancti Amen. Psalmus.
¶ Judica dñe nocẽtes me: expugna impugnãtes me. Apprehẽde arma ꝛ scutũ: ꝛ exurge in adiutorium mihi. Effunde frameã ꝛ cõclude aduersus eos qui persequunẽ me: dic anime mee salus tua ego sum. Gloria pri ꝛc. ¶ Oratio.
¶ Deus qui per vnigenitũ tuũ exclusa dãnatiõe diaboli populum tibi fidelẽ aptasti: expelle quesumus a famulo tuo. N. cunctas diabolicas illusiones ꝛ insidias: ꝛ eum illibatũ ab omni eius impugnatione cõserua. Per eundẽ. ¶ Oratio.
¶ Deus celi: deus angeloꝝ: deus archangeloꝝ: deus Prophetarũ: deus virginũ: deus qui potestatem habes donare vitã post mortem: requiẽ post laborem: qꝛ non est alius preter te dñe: nec põt esse creator celi ꝛ terre: q rex es: ꝛ regni tui nõ erit finis: humiliter maiestati ꝛ glorie tue supplico vt hunc famulum tuũ. N. de immundis spiritibus liberare digneris. Per dñm.

¶ Memēto Lucifer quomodō cecidisti de celo qui mane orieberis/ corruisti in terrā: qui gētes vulnerabas/qui dicebas ī corde tuo: Sedebo in montē testimonij in lateribus aquilonis: ascendā sup altitudinē imbriū & similis ero altissimo. Ue rum ad infernū traheris ad improfundū laci: qui te viderunt ad te inclinabunt/teq; prospicientes. Nunquid isti qui cōturbant terrā: qui concussit ragna: qui posuit orbem desertū: & vrbes eius de struxit: vinctis eius nō aperuit carcerem: oēs re ges gentium dormierūt vniuersi in gloria viri in domo sua: tuo autem proiectus es de sepulchro tāq; inutilis pollutus inuolutus: qui īterfecti sūt gladio: & descēderūt ad fundamēta laci: suoq; ca daueri putredo nō habebis consortiū: neq; cū eis sepulchrū in terram dispersisti: tu populū occidi sti: nō vocabitur ineternū semen pessimorum pre parare filios eius occasione iniquitatis patrum eorum non surgent/nec hereditabūt terram/nec im plebunt faciem orbis terre ciuitatum/ & confugā super eos dicit dn̄s exercituum.

¶ Oratio.

¶ Descendens iesus de mōte stetit in loco cāpe stri: & turba discipulorū eius/ & multitudo plebis

copiosa ab omni iudea & hierusalem & maritima & tyri & sidonis: qui venerāt vt audirēt eū: & sanarentur a languoribus suis: & qui vexabant a spiritibus immundis curabantur: & oīs turba querebat eum tangere: quia virtus de illo exibat/ & sanabat omnes. ¶ Oratio.

¶ Eripe me de inimicis meis domine ad te confugi/ doce me facere volūtatem tuam/ quia deus meus es tu. ¶ Oratio.

¶ Munus nostre humilitatis pro petitione famuli tui oblatū petimus dñe gratanter accipe: & ab eius oppressione maligni insidias/ oēmqꝫ ptātem benignus exclude. Per dñm. Oratio.

¶ Dñe deus virtutū suscipe pces: quas tibi offerimus ꝓ famulo tuo. N. & ꝓiice inimicos & adversarios tuos Sathā/ & oēs sibi subiectos demones: vt amplius nō habeant ptātem in hoc famulo tuo. N. molestandi/ fatigandi/ seu vexandi eum neqꝫ durandi in eo: qꝛ in te dñe sperauit/ non confundar incternū: sed in iusticia & fortitudine tua libera eum. ¶ Oratio.

¶ Eterne deus: qui es deus abraam/ deus isaac/ deus iacob/ deus moysi & aaron / deus thobie & Helie: te sempiternum deum deprecamur: vt

famulum tuū. N. iubeas de tēptationibus τ vexationibus demonū malignorūq3 spirituū liberari: quia spūs immundi fuerūt ab initio semp fallaces: τ nunq̄ steterunt in veritate: sed semp in malicia iniquitatis τ superbie: vanitatis τ inuidie τ cupiditatis pstiterūt: qui famulū tuū varijs pturbationibus fatigant. Jube igit̄ angelis tuis benignis: vt destruant istos humani generis inimicos: vt antiqui isti serpentes crudelissimi languescant τ omnes socij eorū: eosq3 percuti facias sicuti pcussisti in ira τ furore tuo Sodomā τ Gomorram: sic eosdē inimicos τ aduersarios tuos ad nihilū redigi: ac in perditionem descēdere iubeas: quia presentē famulū tuum. N. miserabiliter fatigant: τ de corpore conātur: vt amplius in corpore eius latitare nō possint: quod nō fecerūt nec in eius anima: quam tu diuinitus infudisti potestatem habeant: neq3 in vllo vestimento eius: vel indumento: seu in compaginibus mēbrorum seu corporis eius: malignitas eoꝝ vim aliquā obtinere valeat: quoniā tu dn̄e fecisti de limo terre ossa τ neruos eius: τ spiritū dedisti. Et ideo propter honorem nominis tui dn̄e: τ filij tui dn̄i nr̄i iesu xp̄i: τ virtutē spiritus sancti: atq3 sanctissime

✠ crucis dissipent demones a corpore et anima famuli tui: ⁊ pergant ad penarū loca: ipsis a te ꝑparata: quia tu dn̄e nō auro: nec argento: nec gēmis preciosis comparasti: sed sāctissimo corpore ⁊ sanguine tuo ꝑ passionem tuam nos redemisti: Jesu xp̄e saluator mundi: quam maiestatem tuam laudant angeli. ¶ Oratio.

¶ Multitudo languentiū: ⁊ qui vexabant a spiritibus immundis veniebāt ad eū: q: virtus de illo exibat ⁊ sanabat omnes. ¶ Oratio.

¶ Celestis hic panis: quem sumpsimus domine ⁊ nobis indulgentiā tribuat: ⁊ famulum tuum ab hostis antiqui irrisione defendat. Per dn̄m nr̄m iesum xp̄m. ¶ Oratio.

¶ Oīpotens deus: eterna medicina: exaudi nos pro famulo tuo dep̄cantes: ⁊ da ei verā humilitatem: verā penitentiam ⁊ virtutē: ⁊ fac eum relinquere vanas pompas diaboli: ⁊ angelorum eius apostaticoꝝ: ⁊ ipsum famulum tuū. N. ab coꝝ potestate liberare digneris: sicut liberasti Adā de inferno: Petrū de carcere: Paulū de vīculis: Susannam de falso crimīe: Luciam de lupanari: qui iussisti Paralīticū tollere grabatū suū ⁊ ambulare: Lazarū de monumento surgere: Israeliticum

populū per mediū maris transire· Ionā de vētre ceti:de sidonia tres pueros de camino ignis ardētis liberasti· Danielēq3 de lacu leonū· Dauid de gladio maglino· Mariā magdalenā de septē demonijs eripuisti:ita dñe liberare digneris famulū tuū· N·antiquis psecutionibus· Oramus te domine: quesumus oipotens deus vt spiritus iniquitatis non habeat amplius potestatem in famulo tuo:et pax dñi nri iesu xpi:per quem redempti sumus:vt nulla mala timeamus:quia ipse nobiscū est· Per eundē· Postea dicet· Initiū sācti euāgelij sm Io· Gloria· In principio etc· Psal· Deus in nomine· Deus i adiutoriū meū intēde In dño cōfido· Quid gloriaris:cū letanijs et oronibus·s· Deus cui⁹ pprium etc· Postea dicet hec cōiuratio· Coniuro te diabole p patrē et filiū et sctm spm:et p Patriarchas et Prophetas Apostolos Euāgelistas:martyres:cōfessores:virgies et oēs sctōs et sctās dei:q quotidie et semp Regē dñor laudant et glorificant ipm in throno sedentem:et per dnm nrm iesum xpm te coniuro vt recedas ab hoc famulo dei· N· Cōiuro te diabole per passionē dñi nostri iesu xpi:quā recepit p humana generatione: vt recedas ab hoc famulo

dei. N. ¶ Coniuro te diabole ꝑ sanctã crucẽ in q̃
dñs noster iesus xp̄s fuit suspẽsus vt recedas ab
ab hoc famulo dei. N. vt non possis te celare in
corpore suo: nec in mẽbris suis: nec in capite suo.
¶ Cõiuro te diabole ꝑ clauos dñi nr̄i iesu xp̄i: q
bus manus ⁊ pedes eius in cruce cõfixi fuerunt
vt recedas ab hoc famulo dei. N. vt nõ possis te
celare in ore suo nec ĩ capite. ¶ Cõiuro te diabo
le ꝑ lanceã quã habebat Longinus: qua latꝰ dñi
nostri iesu xp̄i perforauit: ⁊ inde exiuit sanguis ⁊
aqua: vt nõ possis te celace in gutture suo: nec in
lingua: nec sub lingua: nec ĩ aliq̄bus mẽbris eius.
¶ Coniuro te diabole per mortẽ ⁊ sepulchrũ xp̄i
a quo tertia die resurrexit a mortuis vt uõ possis
te celare in visceribus suis: nec in interioribus.
¶ Cõiuro te diabole per resurrectionẽ dñi nr̄i iesu
xp̄i: in qua apparuit discipulis suis dicens. Ego
sum nolite timere: ⁊ precepit eis dicens. Ite in
mundũ vniuersum ⁊ p̄dicate euãgeliũ omni crea
ture: q crediderit ⁊ baptizatus fuerit saluus erit:
qui vero nõ crediderit cõdẽnabit. Per verba su
pradicta cõiuro te ⁊ admoneo vt recedas ab hoc
famulo dei. N. ¶ Coniuro te diabole ꝑ ascensio-
nem domini nostri iesu christi: vt recedas ab hoc

famulo dei. N. ¶ Alia coniuratio. Cōiuro te dia bole per Spiritum sanctū altissimum paraclitum: quem dñs noster iesus xp̄s mandauit discipulis suis in linguis igneis: vt recedas ab hoc famulo dei. N. ꝛ amplius non reuertaris: nec reuerti fa-cias aliquem super eum. Et sicut deus separauit celum a terra: veritatem a mēdatio: bonū a malo dulce ab amaro: sic tu sis separatus ab hoc famu-lo dei: ꝛ amplius non possis appropinquare ei: nec eum succumbere: nec te dirigere de die nec de nocte nec fornicare/ nec spumare/ nec dolum facere in nulla hora: nec in momēto: nec dum ste terit: nec dum ambulauerit: nec dum dormierit: nec dum vigilauerit: nec aliqua ratione: nec dum manducabit: nec dum bibit: nec dū aliquod opus fecerit: nec possis contra hūc famulum dei aliqđ malum facere: nec per aliquam reuelationem ad aliquam personam viuentē in terra dare: nec of-fendere: nec facias eum offendi: nec aliquod ma-lum possis contra eum exequi: nec alicui persone molestiam dare possis: nec aliquem immundum spiritū in tuo adiutorio conuocare possis: nec sup hūc famulum dei. N. stare possis: nec ipsum dissi pare: nec violare.

¶ Coniuro te diabole ⁊ spũs immunde per deũ
patrem omnipotẽtẽ: ⁊ per iesum xp̃m filium eius
vnicũ dñm nr̃m: ⁊ p̃ spiritũ paraclitũ altissimum:
⁊ per duodecim Apostolos: ⁊ per quatuor Euã-
gelistas: ⁊ per duodecim Prophetas: ⁊ p̃ quat-
tuor decim Seniores te coniuro: ⁊ per omnes in
uocationes sanctorũ te coniuro: qui quotidie ⁊
semp̃ diebus noctibus Regem deũ sunt laudan-
tes ⁊ glorificantes in secula seculorum Amen.
¶ Coniuro te diabole ⁊ spũs nequissime p̃ quat
tuor partes mundi: vt perdas ⁊ dimittas locum
istũ vbi manes: ⁊ vadas: nec iterũ reuerti possis
ad ipsum: nec ad aliquã aliã personã: sed recedas
cũ aliis immundis spiritibus: ⁊ dimittas istũ locũ
⁊ vade vbi tibi dixi. ⁊ sicut fluit cera a facie ignis
⁊ pereunt peccatores a facie dei: ⁊ sicut sal perit
in aqua: sic fugeas pereas ⁊ ad nihilum sis dedu
ctus. ¶ Alia Oratio.
¶ Coniuro te diabole spiritusq; apostatice p̃ san
ctum Michaelem: per sanctũ Gabrielẽ: per san
ctum Raphaelẽ: ⁊ per sanctũ Urielẽ: ⁊ per oẽs
angelos ⁊ archangelos: ⁊ per nouem choros an
gelorum: ⁊ per oẽs virtutes celorum Principa
tus ⁊ Potestates: Thronos ⁊ Dominationes

Cherubin ꝛ seraphin deo patri obediētes ꝛ ipm̄ semper laudantes ꝛ glorificātes in secula seculorum Amen. ¶ Alia coniuratio. Coniuro te diabole per omnes sanctos veteris testamenti: qui sunt in paradiso: ꝛ in gloria dei patris omnipotētis: ꝛ per gloriosam virginem Mariam: que fuit virgo ante partum/ ꝛ in partu/ atq; post partum: ꝛ concepit dominum nostrum iesum xp̄m saluatorem ꝛ redemptorem mūdi: ꝛ per omnes sanctos Patriarchas ꝛ Prophetas/ Apostolos/ Euangelistas/ Martyres/ Cōfessores/ doctores/ ꝛ virgines: ꝛ per omnes virtutes dei. Coniuro te vt non habeas potestatem neq; licentiam standi in corpore famuli dei. N. quia deus fecit eū ad similitudinem suā. Nec te latuit Sathana ꝛ Belzebuch imminere penas ꝛ tormenta/ que subuenient tibi in die iudicij/ ꝛ in die sempiterno: qñ deus venturꝰ est iudicare viuos ꝛ mortuos: velud clibanus ardens in terra cū vniuersis socijs tuis ꝛ angelis malignis in signū vadas/ ꝛ p inde intus dāpnatus per infinita secula seculoꝝ Amē.

Finis.

Cherubin ⁊ seraphin deo patri obediẽtes ⁊ ipm semper laudantes ⁊ glorificãtes in secula seculorum Amen. ¶ Alia coniuratio. Coniuro te diabole per omnes sanctos veteris testamenti: qui sunt in paradiso: ⁊ in gloria dei patris omnipotẽtis: ⁊ per gloriosam virginem Mariam: que fuit virgo ante partum/ ⁊ in partu/ atq; post partum: ⁊ concepit dominum nostrum iesum xp̄m saluatorem ⁊ redemptorem mũdi: ⁊ per omnes sanctos Patriarchas ⁊ Prophetas/ Apostolos/ Euangelistas/ Martyres/ Cõfessores/ doctores/ ⁊ virgines: ⁊ per omnes virtutes dei. Coniuro te vt non habeas potestatem neq; licentiam standi in corpore famuli dei. N. quia deus fecit eũ ad similitudinem suã. Nec te latuit Sathana ⁊ Belzebuch imminere penas ⁊ tormenta/ que subuenient tibi in die iudicij/ ⁊ in die sempiterno: qñ deus venturꝰ est iudicare viuos ⁊ mortuos: velud clibanus ardens in terra cũ vniuersis socijs tuis ⁊ angelis malignis in signũ vadas/ ⁊ pinde intus dãnatus per infinita secula seculoꝝ Amẽ.

Finis.